

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Homo o cum uariis

Cetera uidentur sentire naturam suam, alia pernicitatem usurpare, alia prepetes uolatus, iure hominem nichil scire sine doctrina, non fari, non ingredi, non uesci, breuiterque non aliud nature sponte quam flere. Quam seuissime uni animantium luctus est datus, uni luxuria, uni ambitio, uni auaricia, uni immensa uiuendi cupido, uni supersticio, uni sepulture cura. Nulli tamen uita fragilior, nulli rerum omnium libido maior, nulli pauor confusior, nulli rabies acrior.

Ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Homo o] Homo n V¹ V² L¹ L²; alia] animalia M; pernicitatem] pernicitatem P, pernicitatem V¹; iure] inire P V¹, alia uires alia nare V² L¹ L²; breuiterque] breuiter B; aliud] aliquid P V¹ V² L¹ L²; quam seuissime] itaque multi extitere qui non nasci optimum conserent aut quam ocysime aboleri V² L¹ L²; est datus] datus est P V¹ V² L¹ L²; luxuria] et quidem innumerabilibus modis ac per singula membra *add.* V² L¹ L²; cura] atque etiam post se de futurae *add.* V² L¹ L²; acrior] Seneca *add.* V¹, Plinius *add.* V² L¹ L²